

12.  
Serenissime et Potentissime Rex,

497.

Domine Domine Clementissime,

N. 92.

Sacrae Regiae Majestatis Vestrae Rescriptum in causa Serenissime Dominae Ducissae Saxo-Schwarzburgensis et Meinungensis die 18. emanatum, et literas die 21. Junij currentis anni expeditas, Consiliarius Schüller die 1. Julij mihi insinnavit, et quandoquidem in praefato Rescripto, Sac: Reg: Majs: Vestrae securum me reddidit, quod juribus feudalibus me concernentibus, nil quicquam praesudicii inferri debeat; Eadem quoque clementissime annuere dignabitur, quatenus devotissimo submissionis cultu, re, monstrationes meas eatenus exponere queam. Retraditionem Praefecturae Schwarzburgensis et Grobichenensis, si Sac: Reg: Majs: Vestrae omnino necessariam judicet, eandem juxta voluntatem Regiam, salvo juribus meis, primis diebus mensis Novembris anni praesentis, Serenissima Domina Ducissa faciendam demandabo, interim vero annus dispositionis meae finietur, indeque differentia moderna et anterioris administrationis patebit, atque proventus Dnae Ducissae in salvo erunt, uti et in literis hoc meis nunc exposui, ac ea hoc quoque temporis spatio liquidationem inire mecum poterit, quae vero ad Majs: Sac: Reg: Majs: Vestrae coram Consiliariis fieri et plenarie in omnibus terminari haud poterit, cum hoc modo Consilarii mei Supremi, Praefecti Bononiam Camerae Oeconomicae et varia documenta literaria quarum pars dubio procul circa res Surlandicas Lige adhaec existentes, reperietur, adesse deberent, et tamen liquidatio non perageretur, si quidem in loco necesse est inquirere, in quo statu nunc Praedia Ducalia, quomodo in eis dispositum et quae damna passa sint,

simulq; quærelæ Subditorum contra Prefectos audiendæ, ac  
 omnia et quidquid proventuum ex eisdem perceptum sit, re-  
 sciendum exactè atq; sciscitandum est, sine quo, nulla tamen  
 perfecta fieri possit Liquidatio; Insuper Sac: Reg: M<sup>aj</sup>:  
 Vestra clementissimè considerare haud dedignabitur, quod talis  
 liquidatio ad Latu's Regium coram Commissariis, non exiguum  
 tribus, privilegiis et prerogativis Ducalibus Curlandicis, infer-  
 ret præjudiciu, Nam non tantu juxta Statutu Sereniss-  
 morum olim Polonia Regum, Alexandri Radomia a<sup>o</sup> 1505. et  
 Sigismundi I. Cracovia a<sup>o</sup> 1532. ordinatum est, ut Commissione  
 Regia non dentur, nisi super limitibus Bonorum Regalium et  
 Divisione bonorum hereditariorum inter fratres et proximios  
 aut quæ essent de consensu partium, alias data nullius sine  
 roboris vel momenti, et dari prohibentur; Verum etiam ejus-  
 di coram Commissariis liquidatio, contrariatur Pactis inter Se-  
 renissimum olim Polonia Regem Sigismundum Augustum et Du-  
 cem Curlandie Gotthardum initis roboraq; perpetua et invio-  
 bilis firmitatis per successive semper omnium Polonia Re-  
 gum Investituras, atq; in Pactis conventis jurata fide om-  
 nium et singulorum iurium, corroboratas confirmationes, habet  
 tribus, Nam in Pactis publicis Serenissimi olim Regis Pol-  
 niae Sigismundi I. cum Alberto Seniore Marchione Branden-  
 burgensi ac Duce in Prussia s: ad instar cujus Dux Gotthardus  
 Sac: Romani Imperii tum temporis Princeps, per memorata  
 Pacta Dux Curlandie cum omni dignitate, insignibus, pri-  
 vilegiis Ducalibus, factus est; Cracovia die 8. Aprilis a<sup>o</sup> 1532  
 initis, super quibus Pacta Subjectionis libera et sponta-  
 nee Ducum Curlandie, firmissimo nituntur fundamentis  
 expressè conventum est: Quod si quispiam de sorte seu con-  
 ditione Principis secularis aut Ecclesiastici Status in  
 Prussia, Principem de Prussia s: sicq; etiam Ducem Cur-  
 landie s: super gravi re convenire prætenderit, debet Sac:

459

Regia Majestas Rex ex Consiliariis Suis, et Dux totidem ex  
Suis, ad iudicium, iuramentis quibus Principibus suis sunt ad-  
stricti absolutis et ad iuste iudicandum eis obligatis, obligare  
et iuramentis adstringere, Et quicquid ipsi aequum esse decre-  
verint et pronuntiaverint, ei utraq[ue] pars acquiescere et si-  
ne ulla tergiversatione id ratum habere debet. Humillimas  
itaq[ue] ad Sacr: Reg: Matris Vestrae fando preces, ut ex adductis  
Pactis et iuribus à Serenissimis Poloniae Regibus haud mi-  
nuendis sed potius augendis clementissime appromissis, de quo-  
rum conservatione inviolabili fidelis semper ad instar An-  
tecessorum meorum, Regiae Majestati et Inclite Republicae  
Fœdatus Princeps et Membrum totus confido, haec pre-  
judiciosa vel aliqua talis alia Commissio, non concedatur, verum  
potius Serenissima Domina Ducissa Saxo-Soburgensis et  
Meinungensis, in quantum nunc amabili modo, uti sapientis ob-  
tuli et adhuc offero, Liquidatio fieri non posset, ad pacatio-  
ra tempora et modum legitime competentisq[ue] Commissionis re-  
mittatur, atq[ue] alii remittantur. Regiam hanc iustitiam et equi-  
tatis gratiam cui perennatorem me humillime commendo, quo-  
vis tempore debitam submissione venerari non deero, cumq[ue] ap-  
precatatione felicissimi rerum successus, et cuncta exoptata  
Regiae prosperitatis, immutabili obsequiorum et devotionis  
cultu, incessanter maneo,

Sacrae Regiae Matris Vrae

fidelis Servus

Gedani die 6. Julij.  
a. 1715.

Ferdinandus Dux  
Curlandiae

460

Capitulum in die Pentecostae ad 12  
Sexto 2. 2. July. 1715